

Tridentine Community News

April 8, 2007

The Rosary in Latin

In the recent Apostolic Exhortation, *Sacramentum Caritatis*, our Holy Father, Pope Benedict XVI instructed that “the better-known prayers of the Church’s tradition should be recited in Latin.” An excellent way to obey this directive is to learn to recite the Holy Rosary in Latin. And so, here are the prayers:

Sign of the Cross: In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

Apostles’ Creed: Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus unicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus: descéndit ad ínferos: tértia die resurréxit a mórtuis: ascéndit ad cælos: sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclesiám cathólicam, Sanctórum communiónem, remissionem peccatórum, carnis resurrectionem, vitam ætérnam. Amen.

Our Father: Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hodie, et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem: sed líbera nos a malo. Amen.

Hail Mary: Ave María, grátia plena, Dóminus técum; benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui, Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

Glory Be: Glória Patri, et Filio, et Spíritui Sancto. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen.

Fatima Prayer: Dómine Jesu, dimítte nobis debíta nostra, salva nos ab igne infériori, perduc in cælum omnes ánimas, præsertim eas, quæ misericórdiæ tuæ máxime índigent.

Hail, Holy Queen: Salve Regína, mater misericórdiæ: vita, dulcèdo, et spes nostra, salve. Ad te clamámus, éxsules filii Hevæ. Ad te suspirámus, geméntes et flentes in hac lacrimárum valle. Eja ergo, Advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Jesum, benedíctum fructum ventris tui, nobis post hoc exsílium osténde. O clemens, O pia, O dulcis Virgo María. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix / ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Concluding Prayer: Orémus: Deus, cujus Unigénitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salútis ætérnæ præmia comparávit: concéde, quæsumus: ut hæc mystéria sacratíssimo beátæ Mariæ Vírginis Rosário recoléntes, et imitémur quod

cóntinent, et quod promíttunt, assequámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

For the Holy Father’s Intentions: Ad mentem Summi Pontíficis:

Mystéria Gaudiósa (The Joyful Mysteries)

Prímum Mystérium Gaudiósum: Annuntiátió

Secúndum Mystérium Gaudiósum: Visitátió

Tértium Mystérium Gaudiósum: Natívitas Dómini nostri Jesu Christi

Quartum Mystérium Gaudiósum: Præsentátió Púeri Jesu in Templo

Quintum Mystérium Gaudiósum: Invéntiо Púeri Jesu in Templo

Mystéria Dolorósa (The Sorrowful Mysteries)

Prímum Mystérium Dolorósum: Agónia in Horto

Secúndum Mystérium Dolorósum: Flagellátió

Tértium Mystérium Dolorósum: Coronátió spinis

Quartum Mystérium Dolorósum: Bajulátió Crucis

Quintum Mystérium Dolorósum: Crucifíxio et Mors Dómini nostri Jesu Christi

Mystéria Gloriósa (The Glorious Mysteries)

Prímum Mystérium Gloriósum: Resurréctio

Secúndum Mystérium Gloriósum: Ascénsio

Tértium Mystérium Gloriósum: Descénsus Spíritus Sancti

Quartum Mystérium Gloriósum: Assúptio

Quintum Mystérium Gloriósum: Coronátió Beátæ Mariæ Vírginis in Cælis

Mystéria Luminósa (The Luminous Mysteries)

Prímum Mystérium Luminósum: Baptísma Dómini nostri Jesu Christi apud Jordánem

Secúndum Mystérium Luminósum: Núptiæ Canénses

Tértium Mystérium Luminósum: Proclamátió Regni Dei

Quartum Mystérium Luminósum: Transfiguratíó

Quintum Mystérium Luminósum: Institútió Eucharístiæ

